8 OTT. 1968

ILLUSTRISS.^MIS D.D. PROTECTORIBUS
S. GEORGIJ
In Cauſa
DI
M. REV. P. D. ANGELI,
&
M. HIERONYMI
Spinulorum
Votum
M. M. PHILIPPI LEONIS, &
ANGELI MARIÆ GIBBONI JJ. C.C.

GENUÆ, Typis, Joannis Baptiſtæ Franchelli, In Vico Fili.
Superiorum Permiſſu 1704.

CIVICA BIBLIOTECA BERIO GENOVA
F.Ant. Misc. Gen. B 3 21
Civica Biblioteca Berio - Genova

- Baptiſta *obijt 1528., & ſic 72. annis antè conditam Primogenituram, da qua agitur.*
  - Quilicus
    - Auguſtinus — Jo: Antonius — Jo: Auguſtinus — Jo: Antonius
      - Hieronymus *natus in Februario 1637.*
      - Auguſtinus
    - Jo: Maria — Aurelius. *Inſtitutor fideicomiſſi, de quo agitur, ex Teſtamento anni 1601.*
    - Stephanus
      - Quilicus
        - Io: Maria.
        - Stephanus — Laurentius *obijt 24. Iulij 1700.*
      - Io: Auguſtinus.
      - Io: Antonius.
      - Angelus Ioannes.
    - Angelus Io: *obijt 1560.* — Julius *obijt 1608.* — Philippus
      - Iulius,
      - Angelus. *nunc Vicarius Generalis Congregationis Sũmaſchæ, natus 12. Martij 1634. cum Renunciatione facta fauore Excellentiſs. Philippi, eius Patris, & eius hæredum, die 24. Decembris 1650.*
      - Franc. Maria.
      - Gherardus — Philippus.

Illuſtriſſimi Domini .

IN cauſa M. R. P. Angeli , & M. Hieronymi Spinulorum , prætendentium admitti ad prouentus Columnæ M. Joannis Mariæ Spinulæ q. Quilici , nobis *die 6. Februarij* 1702. ab Jlluſtriſs. DD. veſtris commiſſa , *citrà tamen præiudicium Excellentiſs. D. Franci Spinulæ .*

Chriſti , & Beatiſſimæ Virginis illuſtratione humilitèr implorata ; *Referimus , mandatum dicti Patris Angeli eſſe admittendum , citrà tamen præiudicium iurium dicti Excellentiſs. D. Franci ; mandatum verò dicti M. Hieronymi eſſe reyciendum .*

Quià dictus M. Joannes Maria , in Teſtamento , & Codicillis legauit plura bona M. Aurelio filio ſuo legitimato cum conditione tamen , *quod ſi deceſſiſſet relictis filijs maſculis , eo caſu Primogenitus ſuccedat in dictis bonis ; & decedente Primogenito ſuccedat alter vſquè in infinitum , ità , & talitèr , quod dicta bona ſemper permaneant ſucceſſiuè de vno in alium ex filijs legitimis & naturalibus dicti Aurelij ; & caſu quo ipſe Aurelius & filij ſui legitimi , & naturales decedderent abſquè filijs legitimis , & naturalibus ; tunc dicta bona tranſeant , & intelligantur tranſlata in M . Quilicum filium Stephani fratris dicti Teſtatoris , Primogenitum , & proximiorem Agnatum dicti Aurelij ex linea maſculina ; & ſic gradatim , & ſucceſſiuè in perpetuum , quod dicta bona permaneant , & permanere debeant , ac deuenire in Primogenitum de Domo , & Agnatione dicti Teſtatoris , ità & taliter , quòd ſucceſſio dictorum bonorum ſemper tranſeat de Primogenito in Primogenitum , ſeù ſucceſſorem Agnationis dicti Teſtatoris , ſingula ſingulis referendo gradatim , & ſucceſſiuè in perpetuum , ità etiam , & taliter , quod vnicus in dictis bonis ſuccedat ; hac tamen conditione , quod tertius ſucceſſor , & Primogenitus , nominari debeat Ioannes Maria , nomen ipſius Teſtatoris , & ſic in perpetuum gradatìm , & per infinita ſecula ſeculorum .*

Ac vlteriùs ordinauit loca quæ habebat in Illuſtriſs. Domo , augumentari vſquè ad annos quinquaginta , *quibus elapſis ille , qui hæres erit , & ſucceſſor ſic vt ſuprà , ratione Primogenituræ , habeat tantummodò prouentus eorum , & ſic ſucceſſiuè de Primogenitura in Primogenituram , in perpetuum per infinita ſecula ſeculorum , quià intentio dicti Teſtatoris eſt , quod dicta loca ſic , vt ſuprà augumententur ; dictiſquè annis elapſis , ille , qui hæres erit , tamquam Primogenitus , ſit tantummodò vſufructuarius reddituum , & prouentuum , & ſic ſucceſſiuè gradatim alij Primogeniti vſquè in infinitum ,* ad quas diſpoſitiones Columna eius habet relationem ; & per illa verba , quod in caſu extinctionis antecedentèr vocatorum , bona debeant deuenire in Primogenitum de Domo , & Agnatione , ad effectum , vt ibi Teſtator dicit , perpetuandi in ea ſuum nomen aſſumendum à Primogenitis gradatim , & per infinita ſecula , cenſetur vocaſſe Primogenitum , propter Domum , & Agnationem , & ſic ipſam Agnationem iuxtà Theoricam Ancharani *Conſ.* 27. *ex num.* 6. , qua ad eundem effectum vtitur Rota Florent. *poſt D. Torre de Maiorat. deciſ.* 20. *num.* 161. *cum ſeqq.* , Peregrin. *deciſ.* 111. , & *conſ.* 52. , *num.* 6. , *vol.* 3. & *conſ.* 38. , *num.* 4. , *vol.* 5. , *ac de Fideicomm. art.* 19. *num.* 16. , Molina *de primogen. lib.* 1. , *cap.* 5. *num.* 19. , Rot. *part.* 16. *deciſ.* 81. *num.* 2. *vſquè ad* 16. , Fuſar. *de ſubſtit.* , *quæſt.* 382. , *n.* 38. Knipſchilt. *de fideicomm. fam. cap.* 9. *num.* 13. , & Caſtill. *contr. lib.* 5. , *cap.* 93. , §. 3. , *per totum* , ideoquè voluiſſe

cum ſumi, à corpore dictæ Agnationis, ex ly *de*, indicante materiam, à qua aliquid ſumi debet *Bald. lib. 3. conſ. 339. nu.* 1., D. Torre *dicto tract. cap.* 5. *nu.* 55., Gratian. *diſcept.* 570. *nu.* 4.

Quæ Agnatio, ſiuè Domus componebatur à perſonis viuentibus tempore aduentæ conditionis, ac vti membra efformantibus Corpus legale eius; mortui nanquè antè non erant amplius de eo, Bart. *ad l. pater filium* 36. §. *filiam num.* 1., D. *de legat.* 3., Peregrin. *art.* 22. *num.* 69., & *lib.* 2. *conſil.* 33. *num.* 22., Raudenſ. *lib.* 2. *reſp.* 30. *num.* 53. 54. 58. *&* 63. *vſque ad* 66. vbi propterea, quod nec demonſtrati, nec vocati intelliguntur, *&* *num.* 137., Rota *part.* 1. *deciſ.* 116. Peguera *deciſ.* 114., Fuſar. *quæſt.* 388. *num.* 9., Barr. *de ſucceſſion. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 56. *verſ. quæſtionem*, Gabr. *lib.* 1. *conſ.* 107. ibi: *ea adiectio, vt Primogenitus ſuccedat inter eos de Familia, refertur ſolum ad vocatos, ad eos ſcilicet qui reperiuntur proximiores tempore delatæ ſucceſſionis, & vocati cenſentur*, ac ſentiunt Card. de Luca, *tit. de fideicomm., diſc.* 106. *num.* 13., *&* 14. *&* *de Iure patron. diſc.* 54. *num.* 5., Bellon. *de Iur. accreſc. cap.* 6., *quæſt.* 38. *num.* 24., vbi ambo de contemplatione Familiæ per modum corporis.

Et quià in fideicommiſſo relicto Agnationi, cenſentur vocati omnes de eius Corpore, qui tempore aduentæ conditionis erunt proximiores vltimo poſſeſſori grauato, *l. cum ità* 33. §. *in fideicommiſſo, l. peto* 71. §. *Fratre* D. *de legat.* 2., *l. fin.* C. *de verb. ſignific.*, Molina. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 39., *cum ſeqq.* Peregrin. *lib.* 2. *conſ.* 1. *num.* 4., *& dicto tract. art.* 19. *ex num.* 11., Gabriel. *dicto loco*, Knipſchilt. *dicto cap.* 9. *num.* 9. *&* 92., Marta *de ſucceſſion. part.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 1., *ex num.* 17., Rota *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 72. & coram Merlin. *deciſ.* 520. & Buratto. *deciſ.* 744.

Jn fideicommiſſo autem Primogenio, vnus tantum pro tempore admitti poteſt ob eius indiuiduitatem, Molina *dicto lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9., Caſtill. *tom.* 6. *cap.* 159. *num.* 1., ac ordinauit Teſtator ibi, *taliter quod vnicus in dictis bonis ſuccedat*; idcircò ex ijſdem proximioribus admitti debet Pater Angelus; quià inter proximiores grauato, ac etiam Teſtatori, ipſe eſt Primogenitus naturalitèr, videlicet Primonatus; locus enim qui inter plures habentes ius coæqualem, vni ſolum dari poteſt, dandus eſt ſeniori, Fuſar. *quæſt.* 356. *num.* 5., *&* *quæſt.* 392., Knipſchilt. *dicto cap.* 9. *num.* 19., & in Primogenito Corporis Collectiui D. Torr. *cap.* 10. *num.* 16. *verſ. caſus*, vbi in vocatione Primogeniti deſcendentiæ alicuius, qui deceſſerat antè Teſtatorem; dicit; quod quatenùs ſpectat ad primum ingreſſum, non eſt admittendus Primogenitus Patris prædefuncti, ſed inter filios eius natu maior, *& num.* 45. ex Peregrino *lib.* 6. *conſ.* 17. loquente de Primogenito *ex hæredibus*, *& ſucceſſoribus certæ perſonæ*, quod ſicuti ob vniuerſalitatem deſcendentiæ, Primogenitura poteſt verificari inter plures Primogenitos, ideò inter eos maior natu eſt admittendus, *& cap.* 41. §. 7. *num.* 1. *& num.* 48.

Secundò, quià Primogenitus dictæ Agnationis fuit vocatus poſt finitas multas generationes, videlicet deſcendentium maſculorum à filio, & à quattuor ex eius præmortuo Fratre nepotibus; & ſic in tempus, quod Teſtator cupiebat, ac poterat eſſe remotiſſimum; quo caſu vocando Primogenitum dictæ Agnationis, cenſetur ſenſiſſe de illo ex proximioribus, qui tempore extinctionis vocationum antecedentium, erit Primogenitus naturalitèr, videlicet primonatus, vt ex Peregrin. *conſ.* 33. *nu.* 19. *& ſeqq. tom.* 2., *& alijs* probat D. Torre *dicto cap.* 10. §. 3. vbi *num.* 40. inquit, quòd ſi Teſtator, nec expreſsè, nec tacitè declarauit velle inire

Pri-

Primogenituram fauore certæ perſonę eiuſquè deſcendentium, ſed dumtaxat vocauit Primogenitum alicuius; & non conſtat, eum habuiſſe relationem ad illum, qui erat Primogenitus tempore teſtamenti, vel ſuæ mortis, ſed eius voluntas remanet dubia, *tunc* (ſunt eius verba) *quando diſpoſitio eſt conditionalis, vt potè dependens à futuro euentu extinctionis alicuius lineæ, ſeù deſcendentiæ; quià in relictis conditionalibus eorum dies non cedit, niſi purificata conditione, habilitas conſideratur in perſona, tempore euenientis conditionis, quò cedit dies relicti*, ac ſubdit, *ex quo reſſultat, quod in ſimilibus fideicommiſſis, cum defficit linea deſcendentium, in qua erat radicata Primogenitura, & ex Teſtatoris diſpoſitione fit tranſitus ad Primogenituram tranſuerſalium, conſideratur quis ex tranſuerſalibus, tunc ſit Primonatus, & ille, qui reperitur tunc Primonatus ſuccedit, nec conſideratur, quod præceſſerit alter Primonatus, qui moriens reliquit filium poſt eum; nàm iſte cum ſit ætate inferior, excluditur*; Rolland. *conſ. 39. num. 50. vol. 4., quem ſequitur* Peregrin. *dicto conſ. 33. num. 22. verſ. hæc idem; & tanto magis ſtat præſumptio, Teſtatorem habuiſſe reſpectum ad tempus futurum ſucceſſionis, quando fit ſubſtitutio Primogeniti, in caſu extinctionis alicuius lineæ, in qua plures adſunt perſonæ, quæ veroſimilitèr poterant prorogare deſcendentiam per multos annos, vt conſiderat* Peregrin. *dicto conſ. 33. num. 22. in fin. lib. 2.*, Altograd. *iun. contr. 59. num. 2. lib. 2.*

Tertiò, quià Teſtator in vocatione Primogeniti, habuit relationem ad tempus ſucceſſionis apertæ, ob extinctionem antecedentèr vocatorum; in quibus terminis etiam, debet admitti ille, qui inter proximiores, tunc reperitur Primogenitus naturalitèr, vt ex multis probat Rota *part. 11. deciſ. 337.*, quæ apud Bichium *eſt 602. num. 1. vſquè ad 9.*, ac D. Torre *dicto* §. *3. num. 44.* ibi: *per quod ſi Teſtator conſiderauit tempus ſucceſſionis, debet admitti ille, qui remanet Primogenitus, & primonatus tempore, quo ſuccedi debet*; ac ex dicto conſ. *33. num. 19.* Peregrini aſſignat rationem his verbis; *quando conſideratur tempus ſucceſſionis, tunc verbum Primogeniti, non verificatur in eo qui iam fuit Primogenitus, & non extat tempore ſucceſſionis; quià per eius mortem fuit effectus incapax, ſed benè adaptatur ei, qui eſt Primogenitus, ac reperitur talis in actu, nam ei propriè conueniunt verba, & qualitates requiſitæ*; quibus addi poſſunt Bald. *ad l. 2. C. de Iur. Emphyt. num. 7.*, & Gabriel. *dicto conſ. 107.* vbi probat, vocata Familia in perpetuum, vt inter perſonas eius Primogenitus ſuccedat, attendendum eſſe abſquè dubio tempus, quò talis ſucceſſio defertur, eoſquè de Familia ſolum, qui dicto tempore aderant, cenſeri vocatos; & licèt teneat pro Nepote, contrà Patruum, id venit, quià agebatur de Primogenitura, ad quã Avus ejus fuerat admiſſus. Decius. *Conſ. 433. num. 14. & 15.*, Roxas. *de incompat. part. pr. cap. 4. num. 59.*, vbi dicit, Theoricam Baldi, Decij, & aliorum admittendam eſſe, quandò agitur de Primogenitura non acquiſita anteceſſori, Peguera *deciſ. 114. ex num. 15.*, ac pleniſſimè Caſtill. *tom. 5. cap. 93.* §. *1. ex num. 31.*

Quod autem Teſtator habuerit intuitum ad tempus ſucceſſionis venit; Primò à lege ità præſumente, vt docet Rota *dicta deciſ. 337. num. 7.*, vbi notat regulare eſſe, quod præſumatur, habuiſſe intuitum ad tempus ſucceſſionis; Secundo à verbis ipſius diſpoſitionis ibi: *debeant deuenire in Primogenitum de Domo* &c. ità ſe referendo ad tempus, in quo bona ab vltimo de lineis antecedentibus debebunt tranſire ad alium de linea ſubintranda; ac infrà *ſucceſſio dictorum bonorum ſemper tranſeat de Primogenito in Primogenitum, ſeù ſucceſſorem Agnationis gradatìm, & ſucceſſiue* &c., & in primo Codicillo ibi: *gradatìm ſuccedant Primogeniti Agnati*, ac in ſecundo, vbi loquendo de ele-

ctione Capellani dicit: *eligendum per dictum Aurelium, & ſucceſſorem, ſeù ſucceſſores Primogenitos Agnationis*; Tertiò, ex quo Teſtator vocando Primogenitum incertum de certis, cenſetur conſideraſſe qualitatem exiſtentem in eo tempore delatæ ſucceſſionis, Rota *dicto loco num.* 8., Gabr. *dicto conſ.* Peguera *dicta deciſ.* 114. *nu.* 19. *& ſeqq.*, & ſuadetur ab eo quod ipſe Teſtator fecit; quià in tranſitu Primogenituræ à linea deſcendentium ad Tranſuerſales primi ordinis, vocauit M. Quilicum his verbis, *filium Stephani fratris ipſius Teſtatoris, Primogenitum, & proximiorem Agnatum filij ſui*, quæ verba *proximiorem Agnatum*, adiecta Quilico, iam ſuper abundè identificato, ſunt connotatiua proximioris Agnati per modum qualitatis volitæ in eo à Teſtatore, qui propterea cenſetur in alijs habuiſſe intuitum ad eandem qualitatem; ideoquè etiam inſpecta relatione, tàm ad tempus aduentæ conditionis, quam ſucceſſionis, debet admitti Pater Angelus, vti proximior, & in claſſe proximiorum Primogenitus naturalitèr.

Ex præmiſſis reſultat, etiam mandatum M. Hieronymi eſſe reijciendum, quià Primogenitus debet eſſe de Proximioribus grauato, majorquè ætate inter eos; ipſe autem non eſt de dicto ordine proximiorum, ac eſt minor ætate Patre Angelo.

Nec mutat, quòd M. Hieronymus deſcendit à M. Auguſtino Primogenito M. Baptiſtæ eius Tritaui; è contrà Pater Angelus venit à M. Angelo Joanne ſecundogenito ejuſdem Baptiſtæ, ideòquè debet admitti M. Hieronymus ex Regula, apud Roblez *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 4. & Deciſ. Sicil. *penès Card. De-Luca tit. de Feud. num.* 171. *& ſeqq.*, vbi, quod in Primogenituris, linea Primogeniti vincit alias, quæ propterea cenſentur excluſæ, donèc aliquis ſupereſt de ea, licèt ſit gradu remotior in ordine ſucceſſionis.

Prærogatiua enim lineæ attenditur, ſi, & quando Teſtator voluit; pendet enim à voluntate eius §. *diſponat*, *auth. de nuptijs*, juncto apud nos Statuto de Teſtam. §. *omnis autem*; & in ſpecie, quod attendi debeat, ſi Teſtator id expreſſit, Rota Lucen. *poſt D. Torr. de Primogen. deciſ.* 15. *num.* 59., *ac idem cap.* 10. §. 1. *&* 2., vbi poſtquam ex Gabriele, & Peregrino firmauerat, prærogatiuam lineæ deſcenſiuæ inter vocatos, facilè elici ex vocatione perpetua Primogeniti, infrà *verſ. caſus* ſubdit, quod pro certificando, quis debeat eſſe caput Primogenituræ, debet inſpici eadem voluntas elicienda à conjecturis, *quas ponit in* §. *ſequenti*; & nullibì conſtat, quòd in tranſitu Primogenituræ, à Tranſuerſalibus primi ordinis, ad aliam ſecundi ordinis, *de quo agitur*, Teſtator voluerit attendi prærogatiuam lineæ ex perſonis illorum, qui deceſſerant multò antè eius Teſtamentum; Immò potiùs conſtat, quòd voluit attendi ordinem ſucceſſionis.

Primò, ex natura Corporis collectiui Agnationis, portantis legalitèr dictum ordinem, *iuxtà dicta in prima ratione* §. *& quia*; maximè dum Corpus Agnationis propriè non habet lineas, Ancharan. *Conſ.* 95. *num.* 7. *verſ. quià reſpondeo*, linea enim, ſi initiaretur à dicto M. Auguſtino, eſſet linea dicti M. Hyeronimi ſingularitèr ſumpti, non verò dicti Corporis.

Secundò, quià poſt illa verba -- *deuenire in Primogenitum de Agnatione*, alia ſequentia, *ità, & talitèr quod ſucceſſio dictorum bonorum ſemper tranſeat de Primogenito in Primogenitum, ſeù ſucceſſorē Agnationis* repetita in dicto Codicillo, vbi de Capellano inquit -- *eligendū per ſucceſſorē, ſeù ſucceſſores Primogenitos Agnationis*, indicant Teſtatorem clariùs explicuiſſe voluntatem ſuam, etiàm circà Primogenitum, qui debebit initiare lineam nouæ Primogenituræ, quoties erit neceſſarium; illa enim verba *ità, & taliter*; modificant diſpo-

diſpoſitionem antecedentem, retento eodem themate, Peregrin. *lib.* 5. *conſ.* 51. *num.* 9., Barboſa. *dictiion.* 399. *num.* 1., & habuiſſe pro eodem tranſitionem bonorum in dictum Primogenitum, ſiuè in ſucceſſorem Agnationis ex ly, *ſeù*, portante vniformitatem Seraphin. *deciſ.* 393. *num.* 8., & Barboſa *dict.* 363. *num.* 3., ideòquè voluiſſe etiàm in dicto tranſitu, attendi ordinem ſucceſſionis ex perſona vltimi grauati, quò caſu tranſitio bonorum, tàm de Patre in filium, quam de vna linea ad aliam, erit vniformis, vt ad eundem effectum docent Gabriel. *dicto conſ.* 107. *num.* 7. & Mart. *dicto art.* 1. *num.* 19. 20. *&* 21., vbi ex Gabr., & alijs probat, quòd Teſtator vocando Primogenitum ex tranſuerſalibus in infinitum, pro cõſeruatione ſuæ Agnationis, non aliud voluit, niſi, vt ſuccederetnr ad inſtar ſucceſſionis fæudalis, ſemper admittentis Primogenitum qui eſt proximior vltimo poſſeſſori defuncto, Molina *dicto cap.* 9. *num.* 14., *& ſeqq.*, D. Tor. *cap.* 36. §. 2. *juncto* §. 5. *&* 16., vt in antecedenti Primogenitura Quilici, vbi Teſtator vocauerat eum, quià erat Primogenitus, & proximior Agnatus Aurelij filij ſui, & conſequentèr excludere prærogatiuam lineæ, ſpernẽtis dictum ordinem.

Tertiò, alia verba ibi *gradatìm*, *& ſucceſſiuè in perpetuum* &c. pluries infrà repetita, excludunt quoquè pręrogatiuam dictæ lineæ, vt potè, quià Teſtator voluit in admiſſione Primogeniti, attendi gradum proximitatis; & prærogatiua lineæ ſpernit eum; quo argumento vtitur Cancerius. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 307. *& ſequen.* 330. *& ſeqq.*, ſuper quò licèt D. Torr. *cap.* 12. §. 4., teneat, quod ſi aliundè conſtat, Teſtatorem voluiſſe attendi prærogatiuam lineæ, talis voluntas non remanet derogata per dictam clauſulam, vt potè quià intelligi poteſt de gradu lineali; ſi tamèn aliundè non conſtat de ea, vt in præſenti, admittit doctrinam Cancerij *dicto loco*, ac iterùm *dicto cap.* 36. *num.* 213.

Quartò, quià in tranſitu de vna linea tranſuerſali ad aliam, non poteſt conſiderari Primogenitura; tranſuerſalis enìm non generat tranſuerſalem; ideò perneceſsè debet attendi ſucceſſio in Fideicommiſſo, vt docet Pariſ. *lib.* 4. *conſ.* 72. *num.* 111., *&* 113., quem ſequuntur Riminald. *lib.* 5. *conſ.* 544. *num.* 101., Marta *ibidem num.* 17. *&* 20. & Cancer. *dicto loco num.* 327. ſucceſſio autem regulari debet iuxtà ſuas leges proximioritatis, ex perſona grauati.

Quintò, vocatio etiam Primogeniti collata ad tempus incertum, quod Teſtator cupiebat, & poterat eſſe remotiſſimum, extinctionis tot generationum, videlicèt deſcendentium à Filio, & quattuor ab eius Fratre nepotibus, ac etiam intuitus, quem habuit ad tempus ipſum apertæ ſucceſſionis euincunt, Teſtatorem intellexiſſe de eo, qui tunc fuiſſet Primogenitus Agnationis *ex congeſtis ad ſecundam, ac tertiam rationem*; ideòquè noluiſſe attendi prærogatiuam lineæ ex perſonis anteà defunctorum.

Seſtò, eſſentia quoquè lineæ primogenialis excludit pręrogatiuam lineę ſumendæ à perſonis mortuorum antè fundationem Primogenituræ; quià ad initiandum illam requiritur, quòd caput eius fuerit in ſui viuentia vocatum ad ſuccedendum in bonis Primogeniturę, ſaltem in euentum, quo lineę anteriores deffeciſſent, ſiuè alterius conditionis, ità quod potuerit acquirere, ac tranſmittere jus ſuæ vocationis ad Primogenitos eius lineę; vt pro regula conſtituit D. Torr. *cap.* 41. §. 7. *ex num.* 34. & pro conditione neceſſaria, Giurba de ſucceſſione Feud., *cap.* 118. §. 2. *Gl.* 10. *num.* 33. vt Roblez., deciſio Siciliæ *dictis locis*, & diſcurſus quattuor Aduocatorũ apud Carol. Ant. De-Luca *de linea leg. art.* 27. *num.* 26. ſupponunt, ac etiam Caſtr. *lib.* 2. *Conſ.* 164. quo omnes vtuntur, agit enim de Regno præexiſtente, ad cujus ſucceſſionem Primogenitus tempore ſuę natiuitatis jam erat vocatus

tus; ideò defuncti, ante originem Primogenij, non potuerunt initiare lineã Primogenialem; quià nullum jus, nec ſpem à jure approbatam ad ſuccedendum in bonis eius acquirere, nec traſmittere potuerunt, vt probat idem D. Torr. *d.* §. 7. *num.* 45. ibi, *caruit enim vocatione expreſſa, vel tacita, nullamque habuit ſpem ſuccedendi, niſi vanam, fallacem, & remotiſſimam, quæ non æſtimatur in iure, ac infrà latè proſequitur, vt etiamfacit* Roblez. *part.* 8. *cap.* 5. *num.* 56. §. *ergò ſi*, ac deciſio Siciliæ *num.* 244., lineę namquè Primogeniales reſpectu bonorum duæ tantummodò ſunt, videlicèt Actualis originem habẽs ab eo, qui ex ſua vocatione illicò acquiſiuit jus ad ſuccedendum in bonis Primogenij; alia Habitualis incipiens ab eo, qui in ſui viuentia fuit quidem vocatus ad ſuccedendum, ſed ſuis loco, ac tempore, ideò acquiſiuit jus interim ſuſpenſum, vt docent D. Torr. *dicto tract. cap.* 5. *num.* 30., *&* 31., & Rota *poſt eum decis.* 30. *num.* 6. Roſa *Conſult.* 69. *num.* 9.

Et quod mortui antè fundationem Primogenij nullum jus acquiſiuerint, nec tranſmiſſerint ad ſuccedendum in eis, Roxas. *de Incompatibil. part.* 8. *cap.* 5. *num.* 56. *&* 57., Roblez. *in addition. ad dictum tract. cap.* 29. *num.* 41. *&* 74. Carol. Ant., De-Luca *dicto tract. art.* 8. *num.* 17., Phæbus, *deciſ.* 94. *num.* 9., Ceual. *Commum. contrà Comm. quæſt.* 762. *num.* 129., *Redenaſch. conſ.* 17. *num.* 17. *& ſeqq.*, vbi id eſſe planiſſimum, D. Torr. *dicto cap.* 35 *num.* 209. *cum ſeqq. & num.* 215., vbi oſtendit quomodò *Caſtillus lib.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 199. *&* 299., *ac* 300. intelligi debeat, ac iterum *dicto cap.* 41. §. 7. *ex num.* 34. *& ſeqq.*, licet ſuper majoratibus Hiſpaniæ, ad quos ex ll. illorum Regnorum vocantur lineæ Primogenitorum etiam defunctorum antè conſtitutionem majoratus, vt apud Roxaſ. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 163. Doctores, prę ſertim Hyſpani, inter ſeſe contendant ſuper intelligentia dictarum legum, vt apud Caſtillum *dicto loco*, & Roblez. *lib.* 2. *cap.* 5., quæ ſunt incongrua noſtris Primogeniturís, regulatis à Iure Ciuili.

Nec eſt contrarium, quòd M. Auguſtinus acquiſiuit ab inſtanti ſuæ natiuitatis jus Primogeniturę, illudquè tranſmiſit ad Primogenitos ſuæ lineæ, ſucceſſiuè ad M. Hieronimum ex Roxaſ. *de Incompat. port.* 1. *cap.* 6. §. 13. *num.* 154. Roblez. *lib.* 2. *cap.* 5. & Carol. Ant. de Luca *de linea art.* 8. *num.* 52.

Aliud enìm eſt Ius Primogenituræ ſanguinis, quod illicò acquiritur filio pro ſe, ac tota eius linea, ex quo fuit primus in ordine naſcendi inter fratres, vt poſt *Caſtr. lib.* 2. *Conſ.* 164. *nu.* 5. *verſ. & ideò*, explicant Cancer. *part.* 3. *cap.* 22. *num.* 299., Giurba *dict. Gloſ.* 10. *num.* 27. §. *circà*, benè Pichard. *inſtitut. lib.* 3. *tit. de hæreditat. quæ ab inteſt.* §. 3. *num.* 25. 26., *&* 29., vbi notat, *eſſe qualitatem naturalem ipſi ſanguini coniunctam, & ab eo deriuatam, ideòquè diſtinctam à bonis Primogenituræ*, Marcian. *diſputat.* 10. *num.* 15. *&* 16., ac docet Bart. *ad l.* 15. *poteſt*, *de acquir. hæred. num.* 8. *&* 9., de hac Primogenitura quoad ſanguinẽ agũt Roblez., Roxaſ., & De-Luca dictis locis, & benè dicunt.

Aliud verò eſt ius ad ſuccedendum in Primogenitura Bonorum, quod vti originem habens à Fundatore ea relinquente, *vt Pichardus, & alij ſuprà citati docent*, non poteſt oriri, nec minùs ideari antè fundationem eius, idcircò ad initiandũ reſpectu bonorum lineam Primogenitam neceſſarium eſſe, quod is, à quo deriuat, fuerit vocatus in ſui viuentia à Fundatore, & ſic acquiſiuerit actu, vel ſaltem in ſpe à lege approbata ius ad ſuccedendum in eis, benè pro regula conſtituunt *citati ſuprà* §. 5. ac etiam iiſdem Roxas, Roblez., & Carol. Anton. de Luca *alijs locis iam datis ſuprà* §. 6. *eſſentia cum ſequent.*

Minùs obſtat, quòd Teſtator vocando

Pri-

Primogenitum Agnationis cenſetur, ſaltem virtualiter, vocaſſe Primogenitum dicti M. Baptiſtæ, ideoquè indicaſſe dictum M. Auguſtinum pro capite Primogenituræ bonorum; nec refferre, quod antè deceſſerat, ex adductis per D. Torr. *dicto cap.* 10. *num.* 34. *cum tribus ſeqq.*, ideò M. Hieronymus, qui eſt Primogenitus dictæ lineæ ſuccedere debet in bonis Primogenij, quæ ad eius aſcendentem, ſi viueret, pertinerent.

Nulla enim Doctrina fuit probatum, quod Teſtator vocando Primogenitum Agnationis cenſeatur habuiſſe intuitum determinatum ergà Baptiſtam, & Rota Florentina, *dicto loco* ex multis docet, longe differre, quod vocauerit maiorem Agnationis à caſu, de quando vocauit maiorē alicuius perſonæ determinatæ; quià in primo cenſetur principaliter habuiſſe affectum ergà ipſam Agnationem vti corpus, nullumq, reſpectum habuiſſe ad prærogatiuam lineæ; in Secundo autem habuiſſe affectionem ergà perſonam determinatam.

Immò ad effectum initiandi lineam primogenialem à mortuis antè fundationem Primogenij, ergà quos non eſt conſiderabilis affectio Teſtatoris, Roxaſ. *dicta part.* 8. *cap.* 5. *num.* 59. *&* 60., nec minus ſufficit quod fuerit vocatus Primogenitus alicuius; licet enim Fundator poſſit velle, quod ad bona ſuæ Primogenituræ admittantur Primogeniti perſonæ quouis etiam remotiſſimo tempore antè defunctæ; ad iſtum tamen effectum initiandi lineam Primogenialem quoad bona, ab eo qui deceſſit antè originem Primogenij, requiritur quod vocatio Primogeniti fuerit facta ſpecialiter, & nominatim; vel ſaltem pariformiter indentificata à coniecturis, vt docet Torr. *dicto cap.* 10. *num.* 40. *verſ. hæc autem*, *& clarius dicto cap.* 35. *nu.* 213. & quod non ſufficiat vocare Primogenitum alicuius in Perpetuum benè agnouit idem Torre *dicto cap.* 10. *§.* 3. *per totum*.

Cuius differentiæ ratio eſt; quià in primo caſu, voluntas Teſtatoris, vti determinata ergà Primogenitum ſpecialiter nominatum, vel contemplatum eſt certa; & ſi per admiſſionem ad bona non poteſt adimpleri in eo, quià prædeceſſit; exequitur in perſona illius, qui tempore aduentæ conditionis, vti Primogenitus eius, eſt virtualitèr vocatus, ex quo Teſtator voluit ſucceſſionem in ſuis bonis regulari ex perſona dicti Primogeniti, quem ſciebat anteà defunctum, & iſtè qui nunc eſt Primogenitus eius lineæ repræſentat illum naturaliter ex Caſtrenſi *dicto loco num.* 3. Peregrin. *dicto conſ.* 1. *ex num.* 26. Giurba *dicta Gl.* 10. *num.* 27., in ſecundo autem caſu aliter ſe res habet; quià vocatio Primogeniti Baptiſtæ relinquit dictam voluntatem in dubio, dum ſinè violatione litteræ poteſt interprætari Teſtatorem ſenſiſſe de illo, qui erit Primogenitus tempore congruo ſuæ vocationi Teſtamentariæ; ideoquè non eſt certum, quod voluerit initiari lineam Primogenitam ab illo, qui fuit Primogenitus antèquam Primogenitura bonorum nata eſſet, *vt D. Torre ibi firmat*; immò tota ſeries diſpoſitionis contrarium ſuadet ex ſuprà obſeruatis; ideoquè M. Hieronymus non poteſt juuari prærogatiua dictæ lineæ, dum ſicuti M. Auguſtinus ſi viueret excluderetur à Patre Angelo proximiori grauato, ac etiam Teſtatori, ità ipſe excludi debet.

Nec obſtat quod Pater Angelus, vti Profeſsus in Religione Clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ, eſt incapax ad ſuccedendum in bonis Primogenij, maximè facti pro maſculis Agnationis, & cum prohibitione alienandi, & ordinatione *quod permaneant*, *& permanere debeant ſemper in Domo*, *& Agnatione* ad effectum conſeruandi in perpetuum nomen Teſtatoris aſſumendum ab omnibus Primogenitis ex Rota coram Celſo. *deciſ.* 339. *&* 341.

Omiſ-

Omiſſo enim, quod in dicta Claſſe proximiorum, alij extant, ad effectum excludendi à temporanea ſucceſſione in bonis fideicommiſſi, ſiuè Primogenituræ Monacum Religionis capacis, qui habet intentionem fundatam in verbis, voluntas Teſtatoris debet eſſe adeò clara, vt von recipiat vllum dubium; præſumitur enim Teſtator potius oblitus de Monaco, qui proptereà remanet cum ſua habilitate ſuccedendi *ex l. Deo nobis*. 56. §. *hoc autem*. *Cod. de Epiſc. & Cler.*, & plenè congeſtis à Rota Bononienſis, *in deciſione regiſtrata poſt Sabell. part.* 5. *car.* 67. §. *adeo vt* quam Romæ ſignatura Iuſtitiæ approbauit, *vt ex fide ſub ea*, in ſolita meritorum recognitione.

Talis autem claritudo voluntatis non reſſultat à dictis coniecturis vt firmauit Rota *part.* 114. *deciſ.* 392. *reuocatoria dictæ primæ deciſionis Celſi*, in qua ratio conſeruandæ Agnationis, & bonorum erat expreſſa verbis longè amplioribus, eidemque, & alteri deciſioni Celſi, ac dictis coniecturis pleniſſimè ſatisfacit ipſa deciſio Bononienſis, vbi Doctores, ac Deciſiones cumulantur, & in ſpecie deciſiones 433., & 434. *part.* 12., Magiſtrales in hac materia, *deciſ.* Cabedi 133. *part.* 1. vbi de Communi, & Card. de Luca *tit. de fideicom. diſc.* 63. *num.* 9. vbi Teſtatur dictas deciſiones part. 12. eſſe magiſtrales ſepiuſquè à Rota Canonizatas, & in Primogenituris factis cum vinculis ordinarijs de bonis non iuriſdictionalibus, communem etiam teſtantur Caſtill. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 56. §. *Tertius*, vbi multis adductis ſubdit *num.* 57., temerarium eſſe à tantorum Patrum iudicio diſcedere quamuis ipſe contrarium ſentiat; Add. ad Molinam *de Primogen. lib. pr. cap.* 13. *num.* 95., alias ſi vltimus deſcendentium à Teſtatore fuiſſet Monacus Religionis capacis, excluſus remanſiſſet fauore Tranſuerſalium, quod alienum putamus à voluntate Teſtatoris ex prudenter obſeruatis, à Caſtillo *lib.* 5. *cap.* 99. *num.* 9.

Nec deniquè obſtat renunciatio facta per dictum Patrem Angelum antè Profeſſionem fauore Excellentiſs. Philippi eius Patris *ex inſtrumento diei* 24. *Decembris* 1650.

Cum enìm ſit tranſlatiua, non eſt acceptabilis in hac Illuſtriſs. Domo *ex notiſſimis*.

Tranſlatiua autem reſultat à verbis, *renunciauit*, *ceſſit*, *& inter viuos donauit &c.*, & à ſubſtantia voluntatis dicti renunciantis; cum enim ob exiſtentiam fratrum, Pater non eſſet eidem ſucceſſibilis, & renuncians voluerit cedere, ac donare iura ſua Patri, renunciatio, quibuſcumque licet verbis concepta neceſſariò eſt tranſlatiua, dum ſi eſſet abdicatiua, iura perueniſſent ad fratres contrà eius voluntatem Caſanatt., *conſ.* 10. *ex num.* 75. quem ſequitur Olea. *de Ceſſion. tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 26. Dondeus *de renunc. cap.* 50. *nu.* 2. *& ſeqq.* numquam enim ſcriptura taliter intelligenda eſt, vt melior ſenſu exiſtat, aliud melius agens dicit Thomas à Kempis, *& conſtat ex l.* 3. *C. de liber. præterit.*, & Rauden. *dicto reſp.* 30. *num.* 68.

Circà verò durationem Fideicommiſſi, conſiderauimus pro regulanda noſtra Commiſſione (*nemine in contrariũ ſuper hoc audito, dictæ enim Partes concordabant in iſto puncto*]; quod ſecundum verba Teſtamenti ibi -- *& ſucceſſiuè in perpetuum dicta bona permaneant, & permanere debeant, ac peruenire in Primogenitum de Domo, & Agnatione dicti Teſtatoris, ità, & talitèr, quod ſucceſſio dictorum bonorum ſemper tranſeat de Primogenito in Primogenitum, ſeù ſuceſſorem Agnationis dicti Teſtatoris, ſingula ſingulis referendo, gradatim, & ſucceſſiuè in perpetuum &c. & cum onere, quòd Primegenitus, vt ſuprà nominetur, & nominari debeat Ioannes Maria, nomen ipſius Teſtatoris : & ſic in perpetuum*

tuum gradatim, & *per infinita ſæcula ſæculorum*, Teſtator, dùm adeò enixè oſtendit ſuam voluntatem eſſe, quòd ſucceſsio dictorum bonorum ſemper tranſeat jure ſui Fideicommiſſi in dictos Primogenitos, & huiuſmodi ſucceſſio ſui natura jure eiuſdem fideicommiſſi eſt apta tranſire in perpetuum de vno in alium; ideò cenſeri debet voluiſſe, quòd fideicommiſſum non remaneat extinctum per obitum M. Laurentij vltimi de linea Quilici Patris eiuſdem Teſtatoris; ſed quod tranſeat ad perſonas de Agnatione Baptiſtæ Aui eius; vt ad eundem effectum tenuit *Rota part*. 8. *deciſ*. 14.

Item quod iuxtà indolem Primogenituræ, quæ ſolet eſſe perpetua, maximè accedente onere injuncto Primogenitis de aſsumendo, ac ità perpetuando nomen ipſius Teſtatoris per infinita ſæcula ſæculorum, ſub nomine, *Domus*, & *Agnationis*, intellexerit de vniuerſa Agnatione, ad magis roborandum dictam eius voluntatem, vt ſi extingueretur Agnatio originata à Patre, perpetuitas ſui Fideicommiſſi, ac nominis regatur in Agnatione eiuſdem Teſtatoris originata ab Auo, *ex adductis per* Molinam *lib*. 1. *cap*. 4. *num*. 39., Andreol. *contr*. 337., D. Torr. *d*. §. 7. *num*. 19. & 20., & *lib*. 2. *quæſt*. 38., & Altograd. Iun. *contr*. 72., & quod per ly *dicti Teſtatoris*, non debeat intelligi reſtricta ad Agnationem eius originatam à Patre; ſi enìm volebat perpetuare ſuum Fideicommiſſum, ac nomen per dicta ſæcula infinita, non ſuberat cauſa ſe reſtringendi ad Agnationem tranſuerſalem primi ordinis, *ex adductis per* Menochiū *Conſil*. 106. *num*. 190., & ità, &c. *vtraque Parte informante*; *Ex Studio noſtro* 1704. 3. *Martij*.

DD. VV. Illuſtriſſimis

Addictiſſimi

Copia { Philippus Leo I. C.
Angelus Maria Gibbonus I. C.

100847

Civica Biblioteca Berio - Genova